



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 7. De naturali obligatione conformandi voluntatem nostram cum
diuina,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

inter iustum Iudicem, & conscientiam tuam. Noli timere nisi causam tuam.]

55. **A**lla vero officia tribuuntur conscientiae, per modum Iudicis: ut accusare, defendere, redarguere, excusare, remordere; postquam enim per testimonium conscientiae aliqua facta esse constat; per eisdem iudicium examinantur ad legis externe regulam in inuenientaque quod ab hac discrepent, accusantur, & voluntas eorum author, redarguitur. Vnde haec tristitia inquietudine, que concipit, que conscientie reatores nominatur. Inuenio vero quod conformia sunt legi externe, defendit ea vel excusat; inde sequitur voluntatis requies quae consolatio appellatur ex D. Anton. I. part. tit. 3. ca. 10. §. 5. De quibus officiis mentio est Sapient. 17. cum dicatur: Frequenti preoccupant pessima, redarguente conscientia: cum sitenim timida inequitas, dat testimonium condemnationis; semper enim praesumit sua, perturbata conscientia.] Et in epist. ad Rom. cap. 2. cum dicitur testimonium reddente illis conscientia ipsorum: & inter se inuidem cogitationum accu anuum aut etiam defendantium.] Adde illud ex D. Gregorio relatum 11. quaest. 3. cap. In cunctis. Quem conscientia defendit, liber est inter accusatores, & sine accusatione esse non potest, si sola que interius addicit, id est condemnat, conscientia accuset.

56. **A**lla denique officia tribuuntur conscientiae per modum legislatoris vel consiliarij, ut obligare, retrahere, absoluere, mitigare & instigare. Nam quando conscientia dicit aliquid agendum esse vel omnitemendum, dicitur obligare: quando vero dicit aliquid esse sub peccato, aut de consilio omnitemendum dicitur retrahere: quando autem dicitur nos nullo modo teneri ad aliquid agendum, vel omnitemendum, dicitur absoluere, quando porro dicitur nos non teneri ad aliquid agendum vel non agendum, nisi de consilio & quadam equitate, dicitur mitigare: quando denique dicit aliquid agendum tanquam medium vile ad aliud, aut tanquam securius, dicitur instigare.

57. **Q**uintum est, conscientiam ex variis conditionibus, quas admittit, varias sortiri appellantur. Ex una parte enim dicitur tum bona, tum pura, tum sincera, tum etiam tranquilla. Bona quidem, quatenus dicit bonum & retrahit a male; pura vero, quatenus facta examinatione se inuenit vacuum a crimen; quo modo ad eam pertinet illud Ecclesiastici 12. Bonae est substantia, cui non est peccatum in conscientia: id est, substantia quae neque acquisita neq; retenta est iniuste. Sincera porro, quatenus coniunctam habet simplicitatem intentionis, vt in D. Paulo ex citatis verbis 2. ad Corinth. cap. 1. Tranquila denique, quatenus nec scrupulis, nec remorsu- gitatur.

Ex parte vero contraria, dicitur tum mala, tum inquinata, tum cauterata: tum etiam inquieta. Atque mala, quatenus dicit malum: & inquinata, quatenus facta examinatione, se inuenit cum peccato: quo modo ad eam spectat illud Apost. ad Titum 1. Inquinatae sunt eorum mens & conscientia: item cauteraria (quo modo vocatur ab eodem Apostolo in cap. 4. prioris ad Timoth.) quatenus corrupta est, & quasi adusta & gne concupiscencia, estque metaphora sumpta a malefactoris, quibus ferro candenti cuius inauritur in signum perpetrati delicti & infamiae: ac demum inquieta dicitur, quatenus agitur scrupulus vel remorsus, aut desperatione de salute, proper peccata commissa: aut praesumptione de malis fibi euenturis, iuxta illud Sap. 17. Semper præsumit seua, perturbata conscientia.

Præterea dicitur conscientia tum recta, tum erronea; recta quidem, quatenus per illam homo de eo quod agere vel omittere debet, iudicat ut per est: sicut facere censetur, dum sequitur id quod certò & evidenter nouit aut saltem credit (si tale est quod à viro prudente credi debeat) agendum esse vel omnitemendum. Erronea vero, quatenus per illam, feciis quam per est, iudicat; ut solet facere ex aliqua ignorantia.

Denique conscientia dicitur tum certa, tum dubia, tum etiam scrupulosa. Certa quidem, quatenus determinate & absque hæsitatione iudicat aliquid esse agendum vel non esse agendum. Dubia vero minus propriè lumpera seu probabilitate quatenus determinate quidem iudicata aliquid esse faciendum, sed non sine hæsitatione ac formidine de contrario:

nempe an potius non sit faciendum. Dubia vero propriè & preesse sumptia, quatenus ita hæret fluet atque circa aliquid an faciendum sit nec ne, ut neutrī parti assentitur. Scrupulosa denique, quatenus adhuc ret quidem vni pardus, sed ob leue aliquod argumentum, cuius non occurrit solutio, vel ex aliqua animi infirmitate, facit, id cum anxietate que animam ipsius torquet.

C A P V T VII.

De naturali obligatione conformandi voluntatem nostram cum diuina.

S V M M A R I V M.

- 58 *Ratio peccati respectu legi naturalis, vnde contingat in actione humana.*
- 59 *Diuina voluntatis distinctio in precipientem, probabilentem, consilientem, permittentem & operantem: ac nostra, in deliberatam & inideliberatam.*
- 60 *Modi quibus potest nostra voluntas diuina conformari.*
- 61 *Voluntas nostra ex obligatione, conformanda est diuina precipienti aut probabilenti, non item consilienti.*
- 62 *Quatenus ex obligatione conformanda sit permitti.*
- 63 *Eam in re volita conformare diuina operanti, non est obligatio.*
- 64 *Potest idem esse iustitia volitionis, & iustitia notioris obiectum: idque queratione.*
- 65 *Homo potest suam voluntatem diuina operanti conformare, etiam quando eae contra particularerem finem, quem ipse teneat vellet.*
- 66 *Voluntas nostra a voluntate diuina potest in re volita discordare, tantum conditionale.*
- 67 *Voluntas nostra diuina operanti, ex obligatione conformanda est, in actu volendi: non item in modo volendi: & quo modo in ratione volendi.*

58. **R**espectu legis naturalis, in actione humana ratio peccati ex eo contingit, quod libera hominis voluntas reneatur in agendo conformare se diuina voluntati obligatoria, tanquam supremo suo motori: quodque practicum iudicium de agendis, vel non agendis, tam vniuersale petifunditatem, quam particulare per conscientiam, sit quasi præceptum a Deo destinatus ad significandam ostendendamque nobis illam suam diuinam voluntatem: vnde fit ut nostram voluntatem teneamus eidem iudicio conformare: non quidem tanquam imponenti obligationem, sed tanquam ostendent imponitam: sicut præconi regio promulgant Regis edictum, obtemperatur, non tanquam imponenti, sed tanquam ostendenti, impositam a lege obligationem.

Quod tamen non obstat, quin à tali iudicio discordare, voluntati nostræ possit contingere, propriece quod ipsum non est semper ita verum & certum, vt sufficienter ostendat nobis Dei voluntatem obligatoriæ: sed plerumque, est falso dubium. Ac quantumcumque verum fit ac certum, plerumque tamen fit ut voluntas ipsa contrarium sequatur, ob naturalem societatem, quam habet cum appetitu sentiente; qui per intermediamphantasiæ excitat intellectu praktico, iudicium recto contrarium: quod ab eodem appetitu intellectu voluntas, pro sua in agendo libertate, sequitur potius quam alterum rectum.

Id autem tripliciter fieri potest. Primo, cum quis ante exactam passionem recte iudicauit de eo quod agendum vel non agendum fuit: sed illa excitata aliter iudicat. Secundo, cum quis in vniuersali recte iudicans, in particulari ex aliquo depravato affectu male iudicat: ut ille qui credens futurum de male esse; ex affectu inordinato quemadmodum aliquam haber, iudicat eam sibi hinc & nunc furandam esse. Tertio, cum quis secundum rectam rationem in particulari iudicat aliquid malum esse: vt in hoc tempore & loco malum esse comedere carnes, quia prohibitus est ab Ecclesia: secundum sensualitatem vero, item in particulari iudicat contrarium: vt bonum esse hoc tempore & loco carnes comedere, quia id delectabile est.

Iam cum non omnis Dei voluntas, etiam nobis patet, & obligatoria sit; ac cui teneatur sub peccato voluntatem

fram conformare in agendo: neque conscientia illam quatenus obligatoria est, similiter; eodem modo semper ostendat: sed interdum verè ac sufficienter, ut cum est conscientia recta & tranquilla; interdum falso, ut cum est erronea; interdum insufficienter, ut cum est dubia; interdum denique cum aliqua hæsitatione, anxietate, atque ut quando censetur scrupulosa. Cum inquam hæc sita sint: ad plenam notitiam rationis iudicandi de peccatis ex lege naturali, restat ut quatuor doceamus. Primum est quatenus ex obligatione, voluntas nostra debeat diuinæ conformari. Secundum, quatenus conscientia erronea. Tertium, quatenus conscientia dubia. Quartum quatenus conscientia scrupulosa. Simpliciter debete conformari conscientia recta, satis constat.

Quatenus debet ex obligatione voluntas nostra diuinæ conformari.

S E C T I O . I.

Prænotandum est primum, diuinam voluntatem, quæ in se simplicissima est, ex præcepto, prohibitione, cōsilio, permissione, & operatione Dei (ex quibus tanquam ex suis singulis innotescit nobis) distinguunt præcipientem, prohibentem, consilientem, permittentem & operantem. De qua re D. Thom. i. p. q. 19. art. 12. vbi Cajetan. versum hunc habet eadem signa indicantem:

Præcipit, ac prohibet, permittit, consultit, implet.

Prænotandum est secundum, voluntatem nostram, quæ in se una est, ex duplice modo quo in obiectum suum tendit: nempe abesse deliberatione, & antegressa deliberatione rationis; distinguunt in deliberatam & indeliberatam: de illaque tantum sermonem hic esse.

Prænotandum tertio conformitatem de qua agimus, humanæ voluntatis cum diuinæ (con)sentientem in coniunctione illius cum hac) posse esse aut in actu volendi; vt cū volamus id quod Deus vult nos velle; aut in modo volendi, vt cum sicut Deus vult ex charitate operari, ita & nos volumus ex charitate operari; aut denique in ratione volendi, seu in motu voluntatis: vt cum volamus aliquid propter eundem finem, propter quem Deus illud vult. Quibus ita positis ad rei propositione expliicationem, sequentes regulæ seu propositiones praeterea statuuntur.

Responsio quoad diuinam voluntatem præcipientem, prohibentem, consilientem, aut permittentem.

S E C T I O . II.

Prima est, voluntatem nostram deliberatam, debere ex obligatione conformari diuinæ voluntati præcipienti, vel prohibenti aliquid. Ratio patet: quia si illiusmodi voluntas diuinæ, est ea quæ Deus vult nos teneri ad aliquid agendum, vel ad non agendum; ac quæ præceptis ipsius est expressa, ac nobis intimata: voluntas quidem præcipiens præceptis affirmativis, & prohibens, negativis prout lib. ii. expostum est c. 4. in declaratione regulæ.

Secunda propositio est, hominem non obligari ad conformatiōnem suæ voluntatis cum diuinæ consiliente. Ratio est quia consilium non imperat, nec vult obligare ad observationem eius quod consilium; sed illud relinquit in arbitrio ex eo. Quisquis i. 4. q. 2. alioqui nihil esset in quo consilens à præcipiente distingueretur.

Tertia propositio est, voluntatem nostram, diuinæ mala permitteat conformatandam quidem esse hoc nomine, quod nobis placere debet. Deum illa permittere, pro ea quam gerit omnium rerum virtutis et prouidentia (per quam, Deut. 32. de illis tanquam mel de petra, oleumque de faxo durissimo nouit multa bona elicere.) non tam hoc nomine, quod talia mala nobis placere debent, neque debeat eis obstatere. Prior pars confirmatur: quia nolle, seu repudiare aliquid, quatenus Deus illud vult, est repudiare diuinam voluntatem: quod bene, & honeste fieri non potest. Cum enim quidquid Deus vult, semper velit propter bonum aliquem finem, & sub ratione boni, nemo potest bene, & honeste nolle id, quod Deus vult, sub ea ratione qua illud vult. Posterior vero pars ex eo patet: quod per talem permissionem, non innotescat nobis Deum velle, vt talia mala velimus; im-

mo ex ipsius præceptis intelligatur oppositum: hoc est, velle ut nolimus talia mala: eaque quantum possimus impediamus. Sic etiamsi constet nihil in mundo accidere, nisi Deo permittente: non ideo tamen quis videns donum suum, vel proximi conflagrare, tenetur id velle, sed potius nolle, & quantum potest conflagrationem impediare. Sicut & filius videns patrem diuinam permissionem in necessitate constitutum, tenetur ei subuenire ad illam depellendam. Et maritus aduertens vxorem se aliiis prostitueret, tenetur eam impediare: & sic de aliis infinitis.

Responsio quoad diuinam voluntatem operantem.

S E C T I O . III.

Quarta propositio est: non obligari hominem ad voluntatem suam cum diuinæ operatione conformatandam in re volita: hoc est, non teneri velle aut nolle aliquid, eo ipso quod Deus velit, aut nolit illud facere. Hęc manifesta est quando talis Dei voluntas fuerit incognita, cum impossibile sit incognito conformatre voluntatem suam, quae fertur tantum in cognitum, neque ad impossibile quicquam obligatur. Hinc Abraham recte voluit immolare filium suum, quod Deus nollebat, vt eventus docuit. Et David recte voluit adjudicare templum, & D. Paulus stimulo carnis catere, quod Deum nolle ipsi postea indicatum est. Quando vero nota quidem fuerit voluntas diuinæ, sed non perfecit: vt quando non constat, comminandone tantum, an etiam afferendo Deus proponat se aliquid velle facere (prout accidit. Ninuitis Ion. 3.) neque hominem teneri ad diuinam conformatitatem, constat ex eo, quod David 2. Reg. cap. 12. ieiunauerit, & orauerit pro filio suscepito ex adulterio, ne moreretur. cum prius à Nathan propheta didicisset illum Dei voluntate esse moriturum.

Immo neque teneti etiamsi fuerit perfecte nota, patet per illud quod Act. 21. Christiani bona voluntate nolabant D. Paulum Ierosolymam profici, ne pataretur ea, quæ per Agabum prophetam diciderant ipsum esse passurum. Et quidem D. Paulus ex cap. 1. epist. ad Philipp. cupiebat dissoluiri & esse cum Christo: sciens aliam esse Dei voluntatem prout ipse insinuauit, cum paulo post dixit: Scio quia manebō & permanebō vobis omnibus.] Accedit ratio: quia voluntas diuinæ, cui tanquam propriæ regulæ nostram conformatre tenetur, non est ea quia ipse vult facere vel omittere aliquid: sed qua vult nos velle aliquid facere vel omittere. Quod à simili confirmatur. Religiosus enim tenetur suam voluntatem cum voluntate sui Praelati conformatre in iis, in quibus subiicitur: sicut omnes homines tenentur in omnibus suam voluntatem conformatre cum diuinæ. Quare sicut Religiosus non obligatur suam voluntarem conformatre cum voluntate sui Praelati, nisi cum haec illi proponitur tanquam injungens aliquid volendum, aut nolendum: faciendum, aut non faciendum: ita nec communiter tenentur homines suam voluntatem conformatre cum diuinæ, nisi proponatur illis tanquam volens ipsos aliquid velle aut nolle facere; aut non facere.

Hic autem quædam obseruare oportet. Primum est, idem ob diuersos fines posse licet voluntis, & licet nolitionis obiectum esse: vt passio Christi quatenus fuit afflictio innocentis, est obiectum licet nolitionis: quatenus autem fuit redemptio humani generis, obiectum est licet voluntis. Vnde intell. gitur, quomodo id quod est obiectum recte voluntis diuinæ, possit quoque esse obiectum recte nolitionis humanae. Nam id quod Deus, respiciens uniuersalissimum finem rerum omnium, quarum habet prouidentiam, iuste ac sancte vult, homo respiciens finem aliquem particularem honestum, potest licet nolle: sicut mortem homicidæ quam Iudex iuste vult respiciens, vi ex officio tenetur, bonum commune tanquam finem: vxor eiusdem homicidæ, que non commune bonum reip. sed priuatum sua familiæ ex officio reficit, potest licet tam mortem nolle.

Secundum est, hominem posse licet conformatre suam voluntatem diuinæ operari: volendo scilicet fieri, quod Deus facit. Ratio est: quia cum certum sit, Deum qui operatur, id ipsum velle propter motuum honestissimum, & aliquem finem optimum; etiamsi ignoremus quodnam sit tale mo-

63.

64.

65.

tium, ac quisnam talis finis, sanè semper postulum illud, qd Deus vult, eatenus velle, quatenus ipse id ipsum vult: seu in communi velle propter mortuum, & finem propter quem Deus illud idem vult.

Tertium est: cum id quod Deus vult, est contra particularem aliquem finem, quem homo tenetur velle, si talis diuina voluntas cognoscatur, eum cui cognita est, non teneri illud nolle, sed posse ipsi diuinæ voluntati contraria se conformare. Sic filius non tenetur velle eternam salutem patris sui mortuam heresi, aut in alio peccato mortali: quem scit Dei voluntate absoluta, addictum esse eternæ misericordie.

66. Quartum est actus nostra voluntatis, à voluntate diuina discordantis in re volita, non esse absolutos, qui explicitur per verba Volo, aut nolo id fieri: sed conditionatos, qui explicitur per verba: vellem, aut nolle in id fieri. Ratio est: quia opera Dei non sunt sita in nostra potestate: nec vim quam voluntas nostra fertur absolute in id, quod ei, ut non sit in sua potestate, seu ut impossibile proponitur, sed fertur tantum conditione: nempe si fieri posset: hoc est, vult tantum cum hac conditione si per impossibile, alia quam est Dei voluntas, est: et: ut si fuerit ei qui dicit vellem, aut nolle illud sita Deo placaret.

67. Quinta propositio est: voluntatem nostram debere diuinæ operanti conformari in actu volendi: hoc est, debere velle, aut nolle quidquid vult Deus, illam velle aut nolle, etiam si tale est, quod Deus ipse nolit: ut Abrahamus debuit velle: sacrificare filium suum; quo Deus vult ipsum velle, quamvis, ut euentus docuit, ipse nollet talem voluntatem executioni mandari. Quam propositionem ratio confirmat, quia talis voluntas Dei, est regula ad quam tenemur nostram conformare: quia loquidem est ea quæ præcipientis vel prohibentibus habet rationem.

Sexta propositio est: non obligari hominem ad voluntatem suam diuinæ conformandam in modo volendi: eu non teneri semper velle ex charitate, ex qua Deus vult. Hæc ex eo probatur, quod talis obligatio nec sit ex natura rei: quia nihil aliqui homo charitate desititus velle posset sine peccato, quod absurdum esse pater per antedicta, libr. 15, numero 15, nec item sit ex aliquo præcepto: quia nullum extat quod nos obliget ad volendum semper ex charitate.

Vlra propositio est: hominem obligari ad voluntatem suam diuinæ conformandam in formalitate volendi. Cum autem hæc duos sensus habere possit: alterum debere hominem quidquid vult, necessariò velle propter gloriam Dei: propter quam ipse vult omnia, que vult. Alterum debere hominem quidquid vult, necessariò velle propter aliquem finem Deo gratum: qualis est non tantum ipsa Dei gloria, sed etiam quicunque aliis finis honestus, & medio quo queritur aptus: isto posteriori sensu illa intelligenda est luxus fuisus antedicta in eodem & 12. præterim cap. 3. de fine debito actuū humanorum.

C A P V T VIII.

De conscientia erronea quatenus ex obligatione voluntas nostra debet ei conformari.

S V M M A R I V M.

68 Conscientia erronea quedam ex: us:abilis, & quedam inexcusabili est: & non unquam per modum consilii, non unquam per modum præcepti contingit.

69 Obligatio est non contraveniens conscientia erronea, quantumcumque sit culpabilis.

70 Quale peccatum sit, quod committitur agendo contra conscientiam erroneam.

71 Obligatio est conformans conscientia erronea inexcusabili præcipienti, aut prohibenti.

72 Id quod fit per talem conformatiōnem, etiam si dici possit opus bonum, ad illud tamē inducere non luet.

73 Non licet conformare se conscientia erronea inexcusabili præcipienti, aut prohibenti: sed ea deponenda est.

74 Liberum autem est sequi vel non sequi consilientem: & que sit obligatio eam deponendi.

75 Depositio conscientia erronea sine causa ex sola animi libidine, quatenus à peccato excusat.

76 Separata causa ex quibusc prouenit error conscientia.

77 Conscientia perplexa nonquam contingit ex rei difficultate, sed tantum ex hominis fatua opinione.

78 Quo modo ex cordis puritate error oriatur.

P rænotandum est, conscientiam erroneam procedere vel ex ignorantia vincibili, & dici culpabilem, siue inexcusabilem: vel ex ignorantia inexcusabili, & dici inculpabilem, siue excusabilem. Ratio est, quoniam illa, sicut & ignoratio ex qua prouenit, contingit circa illud quod homo potuit, & debuit scire: hæc vero circa illud quod non potuit, vel non debuit scire.

P rænotandum est secundò, conscientiam erroneam, iudicando de rebus agendis secus quam par est, posse contingere duplicitate: primò quidem per modum consilii & liciti: nempe dictando bonum, licitumque esse aliquid facere, cum sit illicitum: vel contra. Secundò vero, per modum præcepti, vel prohibitionis: nempe dictando aliquid faciendum vel omitendum esse sub præcepto, & cum obligatione ad peccatum: vel contra: cum fecerit res se habeat. Quod rursum potest contingere, aut circa actiones indifferentes: nimirum has proponendo tanquam præceptas à Deo, vel prohibitas, cum non sint aut circa actiones de se bonas; nempe dictando eas esse à Deo prohibitas: aut demum circa actiones de se malas, dictando eas bonas esse. Quibus ita positis sequentes regulæ, seu propositiones practicæ generales statuuntur ad rei propria explicationem.

Obligatio non contraveniens conscientia erronea.

S E C T I O . I.

P rima est, ut conscientiam rectam sit & erroneam non modo inculpabilem, sed etiam culpabilem obligare voluntatem ad non contravenientium eis, ita ut peccet contraveniens. Hæc probatur: quia non tantum qui facit, sed etiam qui credit se facere id, in quo displace Deo, contemnit voluntatem & legem Dei, contra quam se facere putat: & per consequens reus est culpa in Deum: sicut & ille reus est laesa Maiestatis, non modo qui Regem, sed etiam qui eum, quem regem esse existimat, percutit, iuxta illud quod in cap. Cum voluntate Dei fecerit excommunicari, voluntate, & proposito maleficis distinguuntur. Ille autem qui vult agere, aut agit contra conscientiam erroneam dictantem per modum præcepti, vel prohibitionis, vult agere, aut agit id, in quo credit se displace Deo, ipsiusque voluntati, & legi contravenire, ut pater à filioli. Si enim præceptum Regis non veniret ad populum, nisi per certum aliquem præconem: hoc denuntianti aliquid præceptum esse à rege, etiam si non esset, reuera populus contraveniens, haberetur contemptus Regis. Par ergo ratione, voluntas ad quam præceptum Dei non venit, nisi in celo & illud instar diuini præconis proponente, teneat ipsi in intellectu non contravenire, quod si est præpositum aliquid per modum præcepti, vel prohibiti: etiam si non esset reuera præceptum vel prohibitum: siue contraueniat, peccat: ut ex D. Paullo ad Rom. 14. & 1. Cor. 8. discimus, peccasse in primitiva Ecclesia eos, qui carnes idolis immolatas comedebant contra conscientiam dictantem (erronee tamen) id esse eis illicitum,

Cæterum contra conscientiam agere (ut D. Thomas docet in quolibet. 8. art. 15.) peccatum est tale quale esse conscientia ipsa dictat. Ratio est: quia in tali actione, agens, quantū est in ipso, vult quale esse conscientia dictat, peccatum committere. Vnde si cui conscientia dictat peccatum esse mortale in templo spuere, peccat mortaliter ibi spuendo: si esse veniale, peccat venialiter: nisi ut idem D. Thomas explicat, materia fuerit mortalis, & error culpabilis, tanquam proueniens ex ignorantia rei, quam potest quis, & tenetur tunc. Nam in tali calo erat si conscientia dictat certum quidagere, peccatum esse tantummodo veniale, agens tamen peccabit mortaliter: ignorantia ipsius minimè excusat, sicut si inexcusabilis esset. De qua in præcedent. lib. II. cap. 3. egimus. Itaque qui fornicatur, inquit D. Thomas, culpabiliter credens simplicem fornicationem tantum esse peccatum veniale, non venialiter, sed mortaliter peccat. Si similiter si quis

in tem-